potentiarum. Tunc dicitur ſuppoſitis hiis q̄ dicta ſunt ꝙ potentia vegetatiua nō eſt principiū motus ꝓgreſſiui nec ſenſus nec intellect⁹ ſpeculatiu⁹. Duo pͥa patent qꝛ tunc plante mouerent motu ꝓgreſſiuo ⁊ omnia aīmalia quod eſt falſum quia natura nō dedit oībus inſtrumenta ⁊ organa. Nec tertium. qꝛ ītellectus ſpeculatiuus nō eſt de agibilibus nec de proſequendis aut fugiendis. ergo non eſt principiū motus ꝓgreſſiui quia talis eſt in proſequendo vel in fugiendo. Secundo dr̄ ꝙ duo ſunt principia mouentia in animalibus. ſ. intellectus / practicus ⁊ appetitus cōprehendēdo fantaſiā ſub intellectu qꝛ principiū motus ꝓgreſſiui pͥcipiat motū mōſtrādo appetibile vel inclinādo in ip̄m ſi pͥmū hoc eſt dupliciter qꝛ vel diſcernit motū per rectā rationē preeligēdo melius ⁊ dimittendo peius ⁊ ſic eſt intellectus aut per ſolā extimationē naturalē ⁊ ſic eſt eſtimatiua vel fantaſia que ſimilatur ītellectui in hoc ꝙ cognoſcit abſentia ſi ſecundum ſic eſt appetitus. Tertio dicit̄ ꝙ licet ſint plura mouentia in ſubiecto tamē eſt vnū tantū ſecundū formā prima pars patet ex ſecūdo dicto. Secunda patet / quia appetitus non mouet niſi inq̄tum habet formā appetibilis que ſe habet tāq̄ finis ⁊ idē appetibile eſt pͥcipiū intellectus practici in ſuo diſcurſu nā ſicut ſe habet pͥcipiū in ſpeculabilibus ſic finis in agibilibus. Intellectus enim practicus primo intēdit vltimum finem. a quo incipit rōcinari faciendo diſcurſum vſq̄ ad principiuꝫ operationis. vnde vltimum in opere eſt principium in ratione vt patet in medico qui primo intēdit ſanitatem. Deinde herbas ſecundo locum vbi poſſit reperire tertio ire ad illum locum ⁊ hoc eſt primuꝫ in executione. Ex hijs patet ꝙ ad motū tria requiruntur. ſ. primum motiuum ⁊ organum primi motiui / et illud quod mouetur. Primum motiuum eſt duplex Quodaꝫ enim eſt imobile quod eſt appetibile intellectui vel ymaginationi. Aliud eſt ꝙ mouetur ⁊ mouet ſicut appetitus motus ab appetibili qui mouet animal quod ſe habet tanq̄ id quod mouetur. Sed organum primi motiui eſt determinata pars corporis. ſicut potentia ſenſitiua vnde motus animalium eſt cauſatus ex pulſu ⁊ tractu. Quo ad pulſum, eſt principium motus ⁊ quo ad tractum eſt finis.

¶ Preterea Notādum ad ſciendum an fantaſia ſit principiū motus in animalibus imperfectis de quo tractat ph̄us in fine tertij de anima ꝙ duplex ē fantaſia. Quedam eſt determinata que determinate apprehendit hoc vel illud. In hoc tempore vel in illo ⁊ hec reperitur in animalibus perfectis que naturaliter habent omnes ſenſus. Et hec habet determinatum organum in cerebro ſcilicet ī anteriori parte cerebri. vt dicit. S. T. i ſcd̄o di. xx. q. ij. ar. ij. ſicut eſtimatiua que ſillogiſtica appellatur in hoībus ponit̄ in media parte cerebri. In beſtijs autem in poſteriori parte medie partis cerebri vt dicit. ſan. th. opuſ. xliij. ar. iiij. Alia ē fantaſia indeterminata q̄ nichil app̄hendit niſi in p̄ſentia ſenſibilis nec ymaginatur aliquid diſtans ſed p̄ns ſi ſit nociuū vel vtile ⁊ ſic retrahit ſe vel cōuertitur ſuper illd̄ vnde ſi quis cōtra tale animal leuet baculum non fugit niſi pungatur / nec mouetur ad diſtās. Preterea notandū ꝙ appetitus eſt cauſa motus vnde animal mouetur ad aliq̄d ꝑ q̄to appetit ipſum vnde animalia mouētur ꝑ fantaſiam ⁊ per appetitum et eo modo quo habent fantaſiā ita h̄nt motū vn̄ q̄ h̄nt fantaſiā indeterīatā habent motū imꝑfectū ſcilicet dilatatiōis vl̄ reſtrictionis. Alia aūt animalia perfecta habēt motū ꝓgreſſiuum ſed quid ē animal imꝑfectū eſt quod nō habet motū proceſſiuū. Quibuſdā videtur ꝙ in animalib⁹ imꝑfectis fantaſia ſit idem ꝙ tactus ſed hoc nō eſt verum quia non habent idem obiectum. Sed queritur an puer exiſtens in vtero matris habet motum ꝓgreſſiuū videtur ꝙ ſic qꝛ albertus dicit in libro de animalibus ꝙ puer ſtat ⁊ ꝙ habet facieꝫ verſus dorſum ſed exiturus vertit ſe ⁊ aliquando iuuat ſeip̄m ſi fortis ſit ad exitum. Infeſtat etiam matrem cum eſt in vtero pro nunc ſufficit ſcire quid eſt motus ꝓgreſſiuus quē doctiloquus ille albertus in libro de homine vocat ꝓceſſiuum vnde dicit ꝙ eſt motus organicus compoſitus ex pulſu ⁊ tractu ſicut quando homo ambulat tunc vno pede fixo mouet aliū. Preterea Notantū ꝙ in hoīe rō deliberatiua eſt principium motus: vnde propoſitis duobus bonis ſecundum deliberationem intellectus voluntas ꝓſeq̄tur alterum illoꝝ ſed aliquādo deliberatio intellectus impeditur per ſenſualitatē. ⁊ ꝓpter paſſionē incōtinens non ſequitur illud quod alias ſciebat eſſe ꝓſequendum. Sed hic ſunt duo dubia. Primo an intellectus moueat effectiue inferiores potentias. Secūdo an ꝓpoſitis duobus bonis omni alio impedimēto ſecluſo voluntas poſſit eligere minus bonū. Ad primum videtur Capreolo. ꝙ intellectus nō mouet voluntatē effectiue ſiue ad exercitiū actus. ideſt effectiue ſed magis per modum finis. vnde ſcd̄o phi. dixit ꝙ finis mouet vt eſt in intētione que pertinet ad intellectū / vt patet in. ſ. t. j. di. j. licet. xij. pertinere dicitur ad voluntatem. Alij autem tenent oppoſitum quia. S. T. j. parte. q. lxxx. ar. ij. dicit ꝙ potentia appetitiua eſt potentia paſſiua. Et q̄ſti. lxxxij. ar. iiij. ad tertium dicit ꝙ voluntas mouetur ab intellectu et non per accidens. ergo per ſe. ergo influit in ip̄am voluntatē. Sed hic diceretur ꝙ voluntas moueret̄ ab intellectu per modū finis. ſ. t. de ve. q. xxij. ar. xij. exp̄ſſe dicit ꝙ nō mouetur effectiue ⁊ ad ſcd̄m. Sed dices ſan. tho. q. lxxxij. ar. iij. ad ſcd̄m dicit ꝙ intellectus ſe habet vt actiuū. Itē voluntas ſe ſola nō poteſt mouere ſeipſam / quia tunc idem eſſet in actu et in potētia vt dicitur octauo phiſicorum. ergo oportet intellettum concurrere effectiue. Unde pͥa parte. q. lxxx. arti. ij. diſtinguit voluntatem ab appetitu ſenſitiuo quia habet aliud principium actiuum qd̄ non eſt niſi intellectus idē. q. lxxxij. articulo terti. ij. Itē ſan. th. j. ij. q. xvij. ar. j. dicit ꝙ ratio mouet voluntatem per imperium ad exercitium actus.

¶ Item dictamen practicum plenum neceſſitat voluntatem. ergo mouet eam aliquomodo effectiue vt dicit Sanctus Thomas in queſtione de virtutib⁹. articulo. xij. ad. xvj. nō enim differret intellect⁹ practicus a ſpeculatiuo nec intellectus practicus eſſet cauſa operationis niſi eſſet cauſa volitionis.

¶ Itē impoſſibile eſt actum volūtatis eſſe niſi preſuppoſito actu intellectus / naturaliter ſiml̄ / ergo actus intellectus eſt cauſa effectiua actus volūtatis. ſi negas conſequentiam. Tunc eadem ratione dico ꝙ nihil eſt cauſa effectiua alterius. Item oportet ꝙ in mente ſit ymago trinitatis ex hoc ꝙ ſicut ſpūſſanctus eſt a patre ⁊ filio / ita actu voluntatis eſt ab intellectu ſcilicet effectiue. Alias voluntas q̄tum eſt ex ſe poſſet velle incognitum. Item volitiones diſtinguntur per obiecta formalia que ſunt in intellectu. ergo actus voluntatis effectiue dependet ab actu intellectus. Et licet hec argumenta habeant apparentiam. Tamen quidam dicunt ꝙ actus intellectus ſolum eſt cauſa effectiua vel finalis actus